ACTU SYNCHARMATICO

I. *INVITATOR,*

JOH. CHRISTIANUS HOMILIUS, *Odera-Miſn.*
Commilitones ad gratulandum, nec uno tamen nomine, de univerſali hac impetrata Pace, ſtylo Buchneriano invitaturus, idq; vel ita ſermone ſuo facturus: ut ab omnibus intelligatur: qvantum Bonum Europæo Orbi cœlitùs reſtitutum ſit.

II. *GRATULATORES,*

I. MICHAEL Wiedemann / *Lauba-Luſ.*
Gratulator Gen. Imus, prolixâ Orat. è contrariis Belli ſopiti damnis Germaniæ noſtræ de cœlitùs reſtituta Pace gratulaturus, idq; ipſum ita qvidem facturus: ut ſimul inter Auditores omnes luculenter conſtet, omnes omninò Vitæ humanæ Status Belli ſopiti incommodis miſerrimè turbatos & tantum non everſos eſſe.

II. JOH. ADOLPHUS Seiler / *Gorl. Luſ.*
Gratulator Gen. IIdus Pacem Germaniæ reſtitutam Carmine gratulaturus Elegiaco Lat.

III. RAPHAEL de Tſchammer / *Nobilis Sil.*
Auguſtiſſimo Imperatori Rom. LEOPOLDO, Germ. Hung. & Bohem. Regi, Auſtriæ Archi-Duci Pio, *Felici, Victorioſo, Inclyto, de Bello hoc cruentò feliciter compoſito, deq; Pace ex voto German. noſtræ reſtitutæ humillimè gratulaturus.*

IV. JOH. ADAMUS Hoffſteter / *Schemnitz. Hung.*
Eidem SUMMO IMPERII CAPITI ex hodierna Politicorum *Poëſi per modum argutæ Inſcriptionis* Pacem *impetratam gratulaturus, ipſeq; & deinceps Sacratiſſimo ac Invictiſſimo Imperatori-Cæſari bene precaturus.*

V. JOH. HENRICUS Räthel / *Sprotta-Sil.*
proximæ huic à DEO Majeſtati, LEOPOLDO nempe Imo, Roma*norum* Imperatori *Opt. Max. Patri Patriæ Pio, Felici,* Invi*cto, ob totidem atrociſſimos Belli motus ſedatos, nec non ob Germanam Germanis feliciter reſtitutam* Pacem, *Carmine Epico Latino BONA VERBA dicturus.*

VI. BARTHOLOMÆUS Geßler / *Gorl.* Luſ.
Invi*ctiſſimo ſeorſim ac* Potentiſſ. *M. Britanniæ & Hiberniæ* Regi, *CAROLO* II. Pio, *Juſto, Forti, Clementi ac* Benefico Principi, *de CONCILIATIONIS illo, feliciter in Neomagenſi* Pacificatione *expeditô Opere, gratulaturus.*

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski